Fr. Franciscus Antonius de Xara in Sacra Theologia Magister Provincialis huius Provinciae Visitationis Novae Hispaniae Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum &c. tibi dilecto in Xpto filio Fr. Michaeli Garcia nostri Ordinis expresse professo, et ad quatuor minores Ordines jam recepto Salutem in Dno. Cum de tua sufficientia morum honestate, ac reliquis juxta Sacro Sancti Concilij Tridentini dispositionem Nostrarumque Constitutionum decreta requisitis conditionibus nobis compertum sit concedimus tibi facultatem, ut ad Sacro sanctum Subdiaconatus Ordinem pervenire possis, et valeas Orantes insuper Ill.mos ac R. P. P. Archiepiscopum, V. Episcopum ad quem tibi adire contigerit ut te benigne, ac charitative recipiat ad que predicto Ordine condecorare dignetur Sperans a D. O. M. hos sibi munus persolvendum fore in cuius rei fidem plenam presentes litteras manu propria subscriptas sigillo maiori Nostri officij communitas, et a Nro. Sr. refrendatas dari jussimus in hoc nro. Mexicano Redemptorum Conventu die dessima quarta mensis Septembris Anno a Nativitate Domini Millessimo Sexcentessimo, Nonagessimo Septimo a Decentione vero B. Virg. M. Nostrique Ordinis fundatione 479.

Fr. Franciscus Antonius de Xara
Provincialis

Jussu R. A. P. Nri Provincialis
Ludovicus Lopez
Praesentis et Provinciae Provinciae